Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46265-p0001-7

Q. D. B. V.

# DISSERTATIO JURIDICA QVARTA,

ad

# Conſtitutiones Electorales DIVI AUGUSTI,

inprimis ad Part. I. Conſtit. XVI. XVII. XIIX. & ſeqq.

*Quam*

*Indultu Magnifici JCC. ordinis*

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI,

*PRÆSIDE*

WERNERO THEODORO MARTINI, J. U. D. & P. P.

*publicæ ventilationi exponet*

In Auditorio JCT. ad diem      Mart. Anno 1683.

JOHANN SAMUEL STURM,

Luccâ-Luſat.

---

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46265-p0002-3

DISSERTATIO IV.
ad
# CONSTITUTIONES ELECTORALES SAXONICAS *DIVI AUGUSTI*

RESPONDENTE
JOHANN SAMUELE Sturm/
Luccâ-Luſato.

## *PARTIS PRIMÆ,*
### CONSTITUTIO *XVI.*
### Von der Beweiſung und Gegenbeweiſung.

EJn ieglichen Part/ dem Beweiß aufferlegt/ ſoll innerhalb des Rechtlichen Termins / in ſechs Wochen und drey Tagen / nicht allein die Beweiß Artickel einbringen / ſondern auch an Jhme mit fleißigen anhalten beym Richter oder Commiſſarien / nichts erwinden laſſen.

Wann auch das Gegentheil in den Fällen / da die Gegenbeweiſung zuläßlich / dieſelbige verführen wolte/ ſo ſoll es innerhalb ſechs Wochen und dreyer Tage/ von der Zeit an / als ihme die Citation zu der Publication der Beweiſung zukommen / ſich nicht allein dieſelbige fürzunehmen erklären / ſondern auch in benanter Zeit der Gegenbeweiſung Artickel übergeben / und müglichen Fleiß anwenden/ damit das Zeugnis darinnen vollendet und verführet werden möge / da ſolches

von Ihme nicht geſchehe / ſoll der terminus probatorius verfloſſen / und die Gegenbeweiſung gleich der Beweiſung ferner nicht zugelaſſen werden. So ſoll auch nach der publication und Eröffnung der Beweiſung keinem Theil / es hätte von der Zeugen Auſſage Abſchrifft bekommen oder nicht / ferner Beweiſung zu führen / oder mehr Zeugen verhören zu laſſen / geſtattet werden.

# NOTÆ.

Not. 1.

*Connexio hujus Conſtitutionis cum præcedentibus.*

Not. 1. Poſtqvam Sereniſſ. Legislator Conſtitutione X. egit de principio & fundamento Judicii, nempe *LITIS CONTESTATIONE*, in *Conſtitutione XI.* verò de iis, qvæ litis conteſtationem proximè conſeqvi ſolent, ejusqve vario effectu, *Conſtitutione* porrò *XII. XIII. XIV. & XV.* de *juramenti delatione*, ejusqve *relatione*, qvæ ut plurimum litis conteſtationi annecti, vel illam comitari ſolet, præſenti jam *Conſtitutione* XVI. progreditur ad explicandam materiam de *Probatione & Reprobatione*, ad qvam perveniri ſolet in judicio, qvando à Reô lis negativè eſt conteſtata, qvô caſu conſvetâ hâc formulâ pronuntiandi Actori injungitur probatio, Reo verò reſervatur Reprobatio. Weil Beklagter auff die Klage geantwortet / und derſelben allerdings nicht geſtändig / ſo iſt Kläger den Grund ſeiner Klage / und ſo viel ihm daran verneinet iſt / binnen Sächſiſcher Friſt zu erweiſen ſchuldig / Beklagten ſein Gegenbeweiß / eileſt delation und andere rechtliche Nothdurfft vorbehältlich.

Not. 2. Materia de *probationibus & præſumtionibus*, qvoad Theoriam, & principia Juris ſpeculativa ſolidè atqve accuratè jam elaborata eſt partim in *Jure civili Romanô, t. t. ff. 3. lib. 22. de Probationibus & Præſumtionibus, t. t. 19. lib. 4. C. de Probation.* partim Jure *Canonicô lib. 2. tit. 19. Decretal. de probat. & tit. 23. lib. 2. Decretal. de præſumption.* Variis deniqve JCtis & interpretibus *Menochio*, *Paciano*, prolixis illuſtrata commentariis, qvæ omnia jam Theoreticorum ſcholis relinqvimus, qvamvis ſparſim ex iis qvædam delibari poſſint, qvæ ad ſcopum noſtrum pertinere, & ad faciliorem intellectum noſtræ Conſtitutionis facere videbuntur.

Not. 2. *Materia de probationibus & præſumptionib9, qvoad Theoriam Jure civili Romanô & Canonico ſolidè elaborata eſt.*

Not. 3. Qvamvis extra Jurisprudentiam communiter aliqvid probari generaliter dicatur reſpectu noſtri, qvod nobis placet, vel à nobis laudatur & approbatur, qvo ſenſu *probatio* etiam dicitur *approbatio*, ſeu *comprobatio*, Juridicè tamen reſpectu aliorum illud *Probare* dicimur, qvod alii negant, vel qvod factum aliqvod ſit incognitum, qvod alios latet & ad eorum notitiam nondum pervenit, & ita dicitur in jure probare Actor illud, qvod pro fundamento Actionis allegavit, & in facto conſiſtit, ſi hoc à Reo negetur, & de eo neqve Reo neqve Judici ex actis vel aliunde conſtet, ita ſe habere demonſtret, & illud, qvod in dubio & incerto erat, vel per teſtes vel documenta vel ocularem demonſtrationem, vel per juramentum planum reddit & certum, Germanicè vocatur **beweiſen / beſcheinigen / darthun / beybringen** / qvamvis ſubtili ratione diſtinctio omninò facienda ſit, **unterbeweiſen und beſcheinigen / oder beybringen** / dum **beweiſen** denotat ſolennem probationem in proceſſu ordinariò, **beſcheinigen**/

Not. 3. *Probare extrà Jurisprudentiam idem eſt, qvod approbare. Juridicè probare dicitur Actor, qvi rē qvæ ipſi negatur à Reo & tanqvam incerta in dubium vocatur, certam reddit, perſpicuam & claram, qvod illa revera talis ſit, uti allegatur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46265-p0006-4

verò und beybringen nudam aliqvam Judici factam probabilem cauſæ demonſtrationem in proceſſu Summariô. In Legibus Romanis Vocabulum *Probare* ſæpè exprimitur per *Docere*, unde inſtrumenta literaria procul dubio *Documenta* ſunt dicta, qvod illa perlecta *doceant* & informent legentem, qvi rei & facti nondum habuit veram notitiam.

**Not. 4.** *Deſcriptio probationis Juridicæ.*

Not. 4. Probatio Juridicè dictô modô ſumpta deſcribi poteſt, qvod ſit *legitima aſſertionis & intentionis noſtræ demonſtratio, qvâ illa res & cauſa, qvæ in judicium deducitur & à parte adverſâ negatur, ipſiqve & Judici incognita adhuc eſt, certa, plana, & indubitata redditur per legitima Juris remedia, v. c. Teſtes, Documenta, Juramentum &c.* Sunt, qvi conciſiùs appellant: *probationem rei dubiæ per argumenta oſtenſionem*, qvam probat *Weſenbecius in Parat. ad tit. de Probat. Vultej. tractat. de Judic. c. 7. lib. 3. n. 6.* vocat: *intentionis noſtræ confirmationem.* Sed dum brevis eſſe volo, obſcurus fio. Sufficit JCto acqvieſcere in deſcriptione, dum in rebus contingentibus & civilibus perfecta & accurata ſemper definitio haberi neqvit, unde omnis definitio in Jure dicitur eſſe periculoſa, i. e. regulis Logicorum non per omnia conformis.

**Not. 5.** *Variæ probationis Judicialis diviſiones.*

Not. 5. Ad generalem materiæ de probationibus cognitionem ſpectat qvoqve *probationum Diviſio.* Hæc varia proponitur à Doctoribus & interpretibus & citra neceſſitatem ſæpiùs multiplicatur. Nos illas potiſſimum paucis attingemus, qvæ vel Jure *Civili* & *Canonico* fundatæ ſunt, vel *Jure Saxonicô*, præſertim verò qvæ uſu & obſervantiâ fori receptæ & qvæ ad illuſtrandam noſtram conſtitutionem conducere poterunt; Sunt autem potiſſimum

mum ſeqventes. (1) Ratione *effectus* alia probatio dicitur *plena*, alia *ſemiplena*, qvarum illa plenam facit Judici fidem, hæc autem minùs plenam vel aliqvô modô imperfectam, neqve per omnia ſufficientem. Priorem confirmare ſolet Judex hâc formulâ pronuntiandi; Daß Kläger das jenige / ſo ihm zubeweiſen obgelegen / und er ſich angemaſſet / zur Nothdurfft erwieſen / derowegen &c. Hanc verô poſteriorem *ſemiplenam* probationem, qvamvis illa ad deciſionem cauſæ ſufficere non videatur, â Judice tamen penitus rejicienda non eſt, ſed ſi præſumptio pro Actore inde elici & deſumi poſſit, qvod ipſius aſſertio veritati ſit conſentanea, Judex illi, qvi ſemiplenè probavit, ad inducendam plenam probationem *Juramentum ſuppletorium* injungere poteſt, qvod præſertim fieri ſolet, ſi cauſa in judicium deducta, vel unicô teſte jurato, vel documentô aliqvô veriſimili probabiliter ſit demonſtrata, hôc caſu arbitrio Judicis permittitur ita pronuntiare: Würde Kläger Eydlichen erhalten / und in ſupplementum ſchweren &c. So hätte er das jenige / was ihm zubeweiſen obgelegen / und er ſich angemaſt / zur Nothdurfft erwieſſen. De qvo Juramento *ſuppletorio* vel etiam *credulitatis* ab Hæredibus præſtando plura dicemus circà Explicationem *Conſtitutionis XXIII. part. I. & XXIV.*

*(1.) Dividitur probatio in plenam & ſemiplenam. Plena Probatio. Probatio ſemiplena.*

Not. 6. Dividitur (2.) *Probatio Judicialis* ratione proceſſus in *ordinariam* ſeu *ſolennem*, & *ſummariam*, ſeu *minùs ſolennem.* Illa locum habet in cauſis ordinariis qvæ ſolenni & plenô proceſſu ventilandæ & tractandæ ſunt: Wann in einer wichtigen und ſchweren Sache ordentlicher Weiſe geklagt durch Ubergebung eines ordentlichen Klag-Libells auch nach beſchehener litis conteſtatio-

Not. 6. *(2.) Probatio alia eſt ordinaria & ſolennis, alia ſummaria & minus ſolennis. Deſcribitur ordinaria & ſolennis probatio,* ordentlicher Beweis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46265-p0008-5

tion mit ordentlichen Beweiß/und Gegenbeweiß auch Ubergebung gewiſſer Diſputation Geſetz gegen einander verfahren wird.

Ejuſmodi *Ordinaria probatio* præſupponit libelli ſolennis oblationem, formalemqve litis conteſtationem & κάτ' ἐξοχὴν dicitur *probatio*, & ſententia, qvæ ad factam ſolennem probationem ferri ſolet & reprobationem in ſupremo Appellationum Judicio vocatur: κάτ' ἐξοχὴν *DEFINITIVA* & formula ejus hæc eſſe ſolet: Auff Klage/ Antwort / verführten Beweis und Gegenbeweis/ auch übergebene Diſputation-Geſätz &c. Klägers und Producenten an einem/Beklagten und Producten andern Theils/E. W. daß Kläger das jenige/was ihm zu beweiſen obgelegen / und er ſich angemaſſet / zur Nothdurfft erwieſen &c. *Minus ſolennis* & ſummaria probatio illa dicitur, qvæ in cauſis ſummariis adhiberi ſolet, & tantâ non indiget ſolennitate, unde dicitur: Eine Beſcheinigung / oder eine Beybringung / ubi ſcilicet ſolenni libelli oblatione, formaliqve & ſpecificâ litis conteſtatione, & ita etiam prolixâ admodum & accuratâ demonſtratione cauſa non indiget, ſed de ſimplici & planô proceditur, ita tamen, ut certô modô Judici cauſa dubia reddatur certa & manifeſta. Obſervantiâ fori Saxonici appellatur hæc ſummaria probatio, Eine Beybringung/ eine Beſcheinigung / & pronuntiari ſolet; Auff geführte Beſcheinigung und Gegenbeſcheinigung Summariſche imploration Klage &c. E. W. Daß Kläger das jenige/was ihm beyzubringen und zu beſcheinigen obgelegen / zur Nothdurfft beſcheiniget und beygetragen.

*Probatio ſummaria & minus ſolennis,* Eine Beſcheinigung oder Beybringung.

Not. 7. (3) Dividitur *Probatio* potiſſimum ab interpretibus Juris Civilis in *Artificialem & inartificialem*, qvam diſtinctionem JCti mutuaſſe videntur ab oratoribus, imprimis Qvintiliano, qvi argumentis utuntur partim *artificialibus*, partim *inartificialibus* perſvaſoriis, & dicitur Græcis illa probatio ἄτεχνος & ἔντεχνος & *artificialis* dicitur, qvæ arte qvaſi eruitur per certa qvædam argumenta, indicia, ratiocinia, ut *inartificialis* eſt, qvæ fluit ex re ipſa & cauſa probatio & neqve arte & ingenio neqve concluſione & ratiocinio demonſtranda eſt. *Duarenus artificialem vocat probationem obliqvam, inartificialem directam*, & ad inartificialem probationem referunt illam, qvæ fit per teſtes & documenta literaria, ſi nempè illa ſint clara & perſpicua, nonnulli addunt confeſſionem partis & jusjurandum, famam, qvæſtiones, notorietatem, ad artificialem verò probationem referunt indubitata indicia, manifeſta & apertisſima argumenta, infallibiles concluſiones, evidentiam facti, inſpectionem ocularem, Qvamvis & hâc in re interpretes inter ſe non conveniant, dum nonnulli *Jusjurandum* ad artificialem, nonnulli ad inartificialem referunt probationem & ita qvoqve qvæſtionem & torturam referunt modò ad hanc modò ad illam. Cæterum non opus eſt, ut hiſce inutilibus & ſubtilibus probationis diſtinctionibus diutius immoremur, in Jure Saxonico illius nullibi ſit mentio, neqve etiam illius in judiciis aliqvis uſus eſſe videtur, cum Judex inqvirere non ſoleat, num arte & ingenio Advocati vel litigantium, an verò citrà ejusmodi artificia cauſa dubia & incerta, plana & perſpicua ſit reddita vel probata, ſed illius magis arbitrio committitur, ut judicet, num vel *per teſtes*, vel *produ-*

Not. 7. (3.) *Probatio alia eſt artificialis, alia inartificialis ab Oratoribus hæc diviſio eſt deſumpta utraqve deſcribitur & artificialis & inartificialis.*

*cta documenta & inſtrumenta vel confeſſionem partis, vel præſtationem juramenti delati, ſuppletorii &c. per notorietatem & inſpectionem* ocularem, vel aliô modô cauſam probaverit Actor vel Reus, uti qvoqve circa præſentem Conſtitutionem ſubtilem mittimus diſtinctionem probationis, qvæ fit ab *Actore* & dicitur ein Beweiß κατ' ἐξοχὴν, & illam, qvæ fit à *Reo*, & dicitur: ein Gegenbeweiß. Qvamvis enim reverà differentia ſit in Jure ſaxonico inter *probationem & reprobationem* & illa fiat ab Actore, hæc à Reô expediatur, attamen hæc diviſio non generis eſt in ſpecies, ſed aliqva ſub diviſio ſubalterna ipſarum ſpecierum. Neqve aliqvid hic attingimus de differentia probationis ratione temporis, cujus reſpectu aliam vocant probationem regularem, qvæ imponitur Actori ad factam litis conteſtationem negativam Rei, aliam irregularem qvæ ſuſcipitur ante litem conteſtatam, vel ante litem motam, qvam tamen qvis metuit ſibi poſſe moveri, qvod fit in teſtimonio in perpetuam rei memoriam, ſi teſtes ſenio confecti ante litem motam teſtimonium deponere petantur. Hæc omnia ad præſentem noſtrum ſcopum nil attinent.

Not. 8. *Jure Saxonico ratione cauſæ inſtrumentalis probatio triplex eſt 1. Qvæ fit per teſtes. 2. Per documẽta 3. Per juramentum.*

Not. 8. Nos miſſis ſubtilibus Theoreticorum diſtinctionibus, ad Jus Saxonicum nos convertimus, qvò omnis probatio, qvæ à litigantibus vel *Actore* vel *Reo* in Judicio ſuſcipitur ratione cauſæ inſtrumentalis, vel peragitur (1) per *teſtes*, præſertim *juratos* vel (2) per *inſtrumenta & documenta literaria, vel publica* vel *privata vel* (3) *per juramentum vel delatum* vel relatum *vel ſuppletorium, purgatorium, juramentum in litem &c.* qvorum duo priores ordinarii ſunt, & ab interpretibus Juris civilis referuntur ad probationem inartificialem, poſterior autem, qvi fit per

jura-

juramentum, extraordinarius eſt, & facile locum non invenit, niſi deficiente ordinaria probatione per teſtes vel documenta & inde â Doctoribus ille modus vocatur artificialis, de qvibus tribus probationis ſpeciebus in hâc & ſeqventibus Conſtitutionibus porrò tractabitur. Qvod enim confesſionem partis attinet, illa vim qvidem probandi habet, reverà tamen probatio non eſt.

Not. 9. Qvod *Perſonas* attinet, qvibus *Probatio* incumbit, pro regula qvædam Juris habetur, qvod *Actori incumbat probatio, & Reo* communiter relinqvatur *reprobatio*, vulgò Der Gegen Beweiß. Limitatur tamen hæc regula, qvando Reo incumbit probatio, ſi nempe ei injungatur per ſententiam à Judice, qvando nempè aliqvid asſerit Reus contra intentionem Actoris, vel talem exceptionem opponat, qvæ in facto conſiſtit, tunc excipiendo Reus fit Actor & exceptionis probatio ei injungi ſolet, qvam ſi probaverit Reus in continenti non ſolum liberatur à litis conteſtatione ulteriori, ſed interdum etiam à totâ causâ abſolvitur, ſeqventi formula pronuntiandi: Weil Beklagter die vorgeſchützte Exceptionem ſolutionis &c. zur Nothdurfft beygebracht und erwieſen / ſo iſt derſelbe von der angeſtellten Klage nicht unbillich zu entbinden. Qvæ nempè in facto conſiſtunt, ſi allegentur in judicio, ab eo probanda ſunt, qvi illa allegat, ſive *Actor* ſit, ſive *Reus*, magis tamen proprie probatio dicitur fieri ab Actore, & κατ' ἐξοχὴν, qvando nempe ille fundamentum Actionis ſuæ, vel documentis vel teſtibus, vel alio modo commonſtrat, der Beweiß / cujus probationis eliſio, qvæ fit à Reo per contrariam probationem vel exceptionem in continenti liqvidam dicitur reprobatio der Gegenbeweiß / & ſolet

Not. 9.
*Qvibus perſonis incumbat probatio, & num ſoli Actori?*

*Qvando Reo incumbat probatio?*

*Qvæ in facto conſiſtunt, probanda ſunt ſive allegentur ab Actore ſive Reo.*

probatio ut plurimum reprobationem antecedere & hæc illam comitari, unde etiam diverſa probationis & reprobationis ſunt tempora & fatalia, uti pluribus patebit ex ſpeciali Diſpoſitione hujus Conſtitutionis 16. Qvæ de utraq; tractat probationis ſpecie, tam illa, qvæ κατ' ἐξοχὴν talis dicitur Probatio & incumbit Actori, qvàm illâ, qvæ dicitur reprobatio & conceſſa eſt Reo, unde rubrica hujus Conſtitutionis concepta eſt, von der Beweiſung und Gegenbeweiß / & ſolet ejusmodi probatio & reprobatio ut plurimum locum ſaltem habere in proceſſu ordinario & ſolenni, cum in ſummariis cauſis ſufficiat aliqva demonſtratio, Eine Beſcheinigung / und Gegenbeſcheinigung. Qva de re ſuô locô plura dicemus: Illud hic notamus, qvod præſens hæc Conſtitutio noſtra, qvæ agit de tempore introducendæ probationis vel reprobationis & utriusqve fatalibus, intelligenda ſit de tali probatione, qvæ adhiberi ſolet in proceſſu ordinario & ſolenni.

*Conſtitutio 16. de utrâqve agit probationis ſpecie probatione actoris, & reprobatione Rei, qvæ locum ſaltem habet in proceſſu ordinario.*

Not. 10. Dictum modò eſt, qvod illa, qvæ in facto conſiſtunt, ſi allegantur in judicio, vel ab Actore, vel à Reo probanda ſint, qvà aſſertione videtur ſtatui, illa qvæ in jure conſiſtunt, probari non debere, hæc enim qvæ juris ſunt, ſupplenda ſunt à judice, & committenda ejus Legalitati, dum Curia Leges ſcire præſumitur, & qvamvis non rarò contingat, ut Judex imperitus ſit Juris, ejus tamen illegalitas & imperitia ſublevari poteſt prudentum conſiliô & reſponsô Collegii alicujus Juridici. Cæterum videtur hoc ipſum non de omni jure intelligendum eſſe, ſed cautè hic procedendum eſt. Qvamvis enim negari non poſſit, qvod illud Jus, qvod publicè promulgatum eſt, & auctoritate Legis munitum, & qvod ad omnium notitiam pervenit & me-

Not. 10
*Qvomodo probanda ſint illa, qvæ in Jure conſiſtunt, non in facto? Qvæ in Jure publico conſiſtunt, probanda non ſunt, ſed ſupplenda & applicanda à Judice.*

mediante ſcripturâ publicâ promulgatum, vel communi conſvetudine & obſervantiâ fori receptum, probari non debeat, vel ab Actore vel Reo, cum de eo Judici jam conſtet & ita, qvamvis non allegetur à litigantibus, tamen à Judice facto applicari debeat, attamen interdum qvoqve Jura, qvæ allegantur à partibus non excludunt probationem ejus, qvi tale Jus allegavit, qvod contingit (1) ſi de Jure, qvod allegatur, non conſtet Judici nec parti, e.g. ſi vel Actor vel Reus pro fundandâ ſuâ probatione vel exceptione alleget aliqvam *conſvetudinem vel ſtatutum*, qvæ ab adversâ parte in dubium vocantur, & qvæ Jura non per omnia conſtant ipſi Judici, tunc ſanè illa ab allegante probanda ſunt, non eum in finem, ut ſi adſint, valeant, vel non, ſed qvia negantur, qvod exiſtant & revera talia ſint, illorum exiſtentia demonſtrari debet. Hinc *Weſenbecius in Paralit. Jus, dicit, aliter probandum non eſſe, qvam cum negatur eſſe, vel tale eſſe, L.5. ff. de probation.* (2) Hæc regula, qvod illa ſola, qvæ in facto conſiſtunt, probanda ſint, non qvæ in Jure, limitationem qvoqve recipit in Jure, qvod ſibi competere aſſerit litigans ex privata qvadam causâ hoc nempè Jus privati hominis valdè differt à publicô, & in vim legis promulgato. Ejusmodi Jus, qvod privatus aſſerit ſibi competere in ſua re, non ſolum allegari debet contrà adverſarium, ſed ſi ab eò negetur probari. Exemplis res fit manifeſta: In rei vindicatione Actor *dominium* probare debet. Hoc tale eſt, qvod ignorare licet Judici, & negari poteſt à parte adversâ, ideòqve probandum venit ab eo, qvi tale dominium prætendit. Doctores & interpretes Juris civilis ejusmodi Jus partis vocant qvalitatem facti, qvæ perinde probanda eſt, uti ipſum factum, ſimiliter prorſus ſe-

*Jus privato competens non ſolum allegari, ſed & probari debet, ſive in cauſa dominii, ſive ſervitutis.*

*Item probari debet cōſvetudo & ſtatutum ſi de illis non conſtet.*

ſe res habet in aliis Juribus Privatorum, v. c. Servitutibus realibus vel perſonalibus, uti ſunt *uſus fructus*, *uſus*, *habitatio*, *Servitutes prædiorum ruſticorum & urbanorum*, qvæ omnia, qvamvis in Jure conſiſtant, ab allegante tamen probanda ſunt, & qvæ per actionem *confeſſoriam* qvidem probantur, per Actionem autem *Negatoriam* non rarò eliduntur. Citrà hos caſus pro regulà tenendum eſt. qvod illa, qvæ in facto ſaltem conſiſtunt, probanda ſint, non autem in Jure.

Not. II. *Qvænam probanda ſint, qvæ in facto conſiſtunt?*

Not. II. Non tamen omnia, qvæ in factô conſiſtunt, præcisè probanda ſunt, nec enim probatione indigent, qvæ in controverſiam neqve ab Actore neqve â Reo de deducuntur, de qvibus litigantes inter ſeſe conveniunt. Welche von beyden Theilen eingereumet werden. (2) Ea qvæ notoria ſunt, probatione non indigent, cum dubia ſaltem & incerta facta probationem admittant. Et ad hanc claſſem referunt Doctores qvoad effectum Juris, illa omnia qvæ ſententià judicis & transactione deciſa ſunt, qvod ejusmodi negotia non amplius incerta & dubia ſint, ſed ſententià Judicis & amicabili compoſitione ſopita. (3) in probationem non veniunt facta incidenter ſaltem vel ab Actore vel à Reo allegata, ſi principaliter ad cauſam non pertineant, cum in Judicio nihil probandum ſit, niſi qvod proſit alleganti & relevet probantem. Unde Judicis officio incumbit in probatione ordinariâ, impertinentes & inutiles articulos probatoriales rejicere, cum Judicis ſit, litem, qvantum poteſt, abbreviare, cujus etiam arbitrio committitur æſtimare, qvinam ſint probatorii articuli, pertinentes vel impertinentes, de qvâ re alibi pluribus dicetur.

*Probanda non ſunt qvæ in controverſiam non veniunt.*

*It. qvæ notoria transactione & ſententia finitâ.*

*facta ad rem non pertinentia.*

Not. II.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46265-p0015-4

Not. 12. Ad formam probationis inſtituendæ maximè ſpectat, ut fiat ſecundum cujusqve Judicii leges & conſvetudinem. Imprimis verò ut tempora fatalia probationum terminis præfixa præcisè obſerventur, de qva forma præſenti Conſtitutione 16. plura diſponit sereniſſimus Legislator, qvâ determinatur certum tempus, intrà qvod probatio ab Actore (in proceſſu nempe ordinariô) & reprobatio à Reo inſtituenda eſt & introducenda ad cujus Conſtitutionis explicationem ulteriorem jam miſſis generalioribus, nos convertimus.

*Not. 12: Forma probationis & reprobationis, ratione temporis definita, Conſtit. præſenti 16.*

Not. 13. Continet nempe præſens hæc Conſtitutio 16. tria potiſſimum membra, qvorum primum agit de probatione ejusqve termino ſeu intrà qvod tempus illa ut plurimum ab Actore vel illa parte litigantium, cui probatio injuncta eſt, ſit perficienda. (2) Alterum agit de Reprobatione ejusqve termino fatali, qvomodo illa & qvando à Reo vel illo litigante, cui reprobatio injuncta eſt, ſit inſtituenda. (3) Tertium membrum Conſtitutionis huj9 tractat de pœna illorum, qvi intrà præfixum tempus probationem debitô modô non inſtituunt.

*Not. 13. Tria membra Conſtitutionis XVI.*

Not. 14. Ex verbis initialibus hujus *Conſtitutionis* patet, qvod probatio facilè ſuſcipi non ſoleat in proceſſu ordinario, niſi illa à Judice per ſententiam injungatur, in verbis **einen jeglichen Part den Beweiß aufferlegt**/ &c. in proceſſu enim ordinario in qvo libelli oblatione & ſolenni litis conteſtatione procedi ſolet factam litis conteſtationem præſertim negativam vel ad omnia contenta libelli, vel ad nonnulla ſaltem negativè reſpondendô ſententia Judicis ſubſeqvi & comitari ſolet; qvâ Actori vel ſingula libelli membra, vel illa ſaltem, qvæ à Reo negata fuerunt, pro-

*Not. 14. In ordinario proceſſu Actori ut plurimū probatio per ſententiam injungi ſolet*

probãda injunguntur, uſitatâ & conſvetâ hac formula pronuntiandi: Weil Beklagter auf die Klage geantwortet/ uñ derſelben allerdings nicht geſtåndig/ oder nicht allerdings geſtåndig/ ſo iſt Klåger den Grund derſelben / und ſo viel ihm daran verneinet / binnen Såchſ. friſt zu beweiſen ſchuldig beklagten ſein Gegenbeweis und andere rechtliche Nohtdurfft vor behåltlich. In illis etenim cauſis, qvæ in facto notoriæ ſunt, vel in continenti ex Actis demonſtrari poſſunt, vel qvæ ipsâ confeſſione partis vel expreſsâ, vel tacitâ non negantur, neqve à Judice probatio Actori injungenda eſt, neqve ulterior proceſſus deſideratur, cum confeſſus habeatur pro convicto, niſi fortè à Reo affirmativæ litis conteſtationi annexa ſit talis exceptio qvæ affirmativa litis conteſtatio æqvipollere videtur negativæ, qvo caſu tamen onus probandi non devolvitur in Actorem, ſed cum Reus exci piendo fiat Actor intentionem & fundamentum Exceptionis ſuæ probare debet, perinde uti Actor fundamentum ſuæ actionis. Formula pronuntiandi hæc eſſe ſolet: Weil Beklagter auff die Klage antwortet / und derſelben geſtåndig / dabey aber Exceptionem ſolutionis, transactionis &c. vorgeſchůtzt / ſo iſt derſelbe die vorgeſchůtzte Exceptionem binnen Såchſ. Friſt zu erweiſen verbunden / Klågern ſein Gegenbeweiß / und andere Rechtliche Nohtdurfft darwieder vorbehaltlich.

*In qvibus cauſis probatio non ſit neceſſaria.*

*Vel Reo incumbat probatio.*

Not. 15.

*Qvamvis Jure civili communi probationi & reprobationi certus terminus non ſit præfixus, aliud tamen obtinet in Jure civili Electorali Conſtitutione 16. & ord. Proc. tit. 20.*

Not. 15. Qvod ſi hôc modò probatio à Judice Actori per ſententiam injuncta eſt intra terminum Saxonicum, nempe 6. Septimanas & tres dies, ille ſub pœna deſertionis præcisè adeò ſervandus eſt, ut elapſo ejusmodi termino probatoriali ulterius non admittatur Actor vel Reus

ad probationem vel reprobationem, de qvâ re plane dubitare non licet in Jure Saxonicô ob expreſſum textum hujus Conſtitutionis 16. cum qvo conjungi poteſt textus in ord proc. tit. 20. von der Beweiſung. Ubi plenius de probatione & reprobatione, ejusqve variis reqviſitis jure Saxonico receptis tractatur. Qvamvis etenim *Jure civili* & communi certus termin9 ad probandum præfixus non ſit, ſed hæc res arbitrio Judicis prudentis committatur, neqve *Jure Camerali vel Canonicô* hac in re aliqvid certum ſit definitum, attamen *Conſtitutionibus Electoralibus Saxonicis*, modò allegatis litigantibus ad probandum certus terminus eſt præſcriptus, qvi communiter appellari ſolet Eine Sächſ. Friſt. Verba nempè conſtitutionis noſtræ perſpicua ſatis ſunt: Ein jeglichen Part/ dem Beweiß aufferleget/ ſoll innerhalb des Rechtlichen termins, in ſechs Wochen und drey Tagen/ nicht allein die Beweiß Artickel einbringen/ ſondern auch an Jhme mit fleißigen anhalten beym Richter oder Commiſſarien, nichts erwinden laſſen. Concordant in his verbis per omnia verba ordin. proc. tit. 20. Ein jegliche Part/ welchem Beweiſung aufferlegt/ ſoll innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen ſeine Beweiß Artickul zuſammt der Zeugen Nahmen/ auch Abſchrifft der Brieflichen Urkund/ damit er beweiſen wil/ einbringen.

Not. 16. *Qvæſtio* hic occurrit: *A qvo tempore incipiat de Jure Saxonico, currere terminus fatalis probandi, 6. nempe ſeptimanarum & trium dierum?* Et qvamvis hæc qvæſtio præſenti *Conſtitutione* noſtrâ non ſit deciſa, illius tamen reſolutio continetur in *ord. Proc. tit. 20.* ubi hæc verba reperiuntur. Ein jeglichen Part/ welchen Beweiſung

Not. 16. *A qvo tempore currat terminus probatorius Saxonicus.*

*Ord. Proc. tit. 20.*

ſung auferlegt / ſoll innerhalb 6. Wochen und 3. Tage von der Zeit an zu rechnen / da das Urthel ſeine Kraft erreichet / oder der da wieder eingewendten Leuterung renuncirt, oder dieſelbe vor deſert erkandt / und die Renuntiation in dem Fall / wenn nicht der Beweißführer ſondern der andere Theil geleutert / dem Producenten gebührlich notificiret werden. Welches denn alles mit Fleiß zu den Acten zu regiſtriren. Incipit nempè terminus hic Saxonicus à tempore rei judicatæ, qvæ res judicata tunc eſſe cenſetur (1) Qvando à Sententiâ intrà decendium neqve leuteratio, neqve Appellatio eſt interpoſita, und alſo das Urtheil ſeine Krafft Rechtens ergriffen.

*Qvot modis dicatur eſſe res Judicata, à cujus momento incipit terminus probatorius.*

(2) Qvando leuteratio vel Appellatio qvidem interpoſita eſt, ſed leuterans vel Appellans leuterationi vel Appellationi renunciavit, illaq; renunciatio parti adverſæ debito modo notificata fuit (3) Qvando leuteratio vel Appellatio pro inadmisſibili vor unzuläßlig / habita & pronũtiata fuit; & deniq; (4) Qvando leuteratione vel Appellatione non attentâ prior ſententiâ fuit confirmata, Daß es eingewendter Leuterung ungeacht bey vorigen Urtheil verbleibet / vel / daß in erſter Inſtanz wohl geſprochen und übel appelliret. Et qvamvis ſubtiliter diſputetur, numne hoc fatale currere incipiat ab illo tempore, qvô leuteratio vel Appellatio ipſo Jure deſerta eſt, attamen illorum ſententia præferri videtur, qvi ſtatuunt, leuterationem vel appellationem deſertam non haberi, anteqvam præviâ contumaciæ accuſatione per ſententiam Judicis pro deſertâ ſit declarata, qvod ipſum inuere videntur *verba ord. Proc.* vor *deſert* erkandt, qvod adeò verum eſt, qvod hæc etiam ſententia, qvâ leuteratio vel Appellatio pro deſerta ha-

habetur ante elapſum decendium pro re judicata non ſit habenda, uti in caſu factæ renunciationis currit ab illo tempore, qvo facta renunciatio leuterationis ſeu Appellationis ad notitiam adverſæ partis pervenit.

Not. 17. Cùm hoc fatale probationis continuum ſit, ideoqve currit à momento in momentum adeò, ut curſus ille impediri non poſſit, per ferias intervenientes, Peremptorius hic nempe terminus probandi eſt, ita ut eô neglectô probatio habeatur pro deſertâ, & pronunciari ſolet: Daß ſich Kläger an ſeinem Beweis nunmehro verſäumet / Qvod itidem obtinet in reprobatione, de qvà ſuô locô dicemus.

*Not. 17. Peremptorius eſt terminus probatorius, & currit de momento in momentum.*

Not. 18. Cæterum cum hæc Diſpoſitio Juris Saxonici admodum dura & rigeroſa appareat, qvæ probationem intra tam anguſtos terminos includit, altera *qvæſtio* occurrit: *Numne probatio illa Saxonica ad ejusmodi terminum peremptorium Saxonicum reſtricta intrà tam anguſtum dierum ſpatium plenè debeat perfici & abſolvi, an ſufficiat ſaltem inchoari & incipi?* Et qvamvis textus noſtræ Conſtitutionis generalis ſit, qvod nempe intra terminum legalem Saxonicum, nempè 6. Septimanarum & trium dierum probatio peragenda ſit; ob verba generalia: Ein jeglich Part/dem Beweis aufferlegt / ſoll innerhalb des Rechtlichen Termins in 6. Wochen und 3. Tagen nicht allein &c. Attamen hæc noſtra Conſtitutio declaratur in *Ord. Proc. tit. 20.* Ex qvâ patet, qvod ille, cui à Judice per ſententiam intrà terminum Saxonicum probatio injuncta eſt, huic ſententiæ ſatis feciſſe videatur, ſi probationis ſuæ ſaltem faciat initium, h. e. ſi per teſtes probare velit, ut articulos ſaltem probatoriales unà cum nominibus te-

*Not. 18. Qvæſtio. Num probatio intra terminũ Saxonicũ plenè ſit conſummanda? an verò incboanda ſaltem?*

*Ex Ord. Proc. tit. 20. patet ſufficere, ſi Actor intrà terminum probatorium ſaltem offerat articulos probatoriales, nomina*

*teſtium, vel documenta producat, qvibus uti vult in probatione.*

ſtium, vel ſi inſtrumentis, documentis probare velit, documenta exhibeat, qvibus in probatione uti vult, & de cætero talem diligentiam adhibeat, ne ipſius culpæ & negligentiæ imputari poſſit, nempe ut ſolicitè procuret citari teſtes debitô modô ad ferendum teſtimonium & adverſæ parti unâ cum citatione documenta inſinuare, eum in finem, ut ſi pars adverſa interrogatoria offerre velit in termino productionis, illa in termino parata & prompta comparere poſſit. Verba ordinationis Proc. tit. 20. hàc de re ita diſponunt : Ein ieglichen Part welchem Beweiß aufferlegt / ſoll innerhalb 6. Wochen und 3. Tage / ſeine Beweiß-Artickul zu ſambt der Zeugen Nahmen / auch den Brieffliche Urkunden / damit er beweiſſen will / einbringen / und folgendes mit fleißigen anhalten an ihme nichts erwinden laſſen / darauff alsdenn förderlich ein terminus ad producendum dem Zeugführer / und ſeinem Gegentheil beſtimbt / und hierzu an dieſelben / ſo wohl auch an die angegebene Zeugen citation außgehen / und dem Gegentheil Abſchrifft der Articuln ſampt der Zeugen Nahmen / wie auch der Brieffſlichen Urkunden / darneben überſchickt werden / ob er zuläßliche Interrogatoria und Fragſtück darauff einbringen wolle / daß er damit zum längſten in termino productionis gefaſt ſey.

*Verba Ord. Proc. tit. 20.*

Not. 19. *Intrà terminũ Saxonicum nõ terminanda & conſummanda, ſed inchoãda ſaltem eſt probatio.*

Not. 19. Patet ex jam dictis fruſtrà incuſari Jus Saxonicum, qvod in illo probatio, qvæ favorabilis eſt, tàm anguſtis probandi terminis includatur, unde Conſtitutio hæc Saxonica nimium dura & rigeroſa ab Interpretibus Juris Civilis vocatur, qvâ indiſtinctè etiam cauſæ magni momen-

momenti probari jubentur intra tam exigium ſex ſeptimanarum & trium dierum ſpatium, cum hoc tempus probandi non jubeat plene conſummari probationem, neqve omnem probationis actum complectatur, ſed Actor legi paruiſſe videtur, modò articulos probatoriales, nomina teſtium & documenta, qvibus probare vult, vel ultimo die termini Saxonici Judici offerat, dum notum eſt & experientia qvotidiana ſatis teſtatur, qvòd totus probandi actus & proceſſus non raró ad multos annos ſeſe extendat. *Carpz. ad hanc Conſtit. def. 2.*

Not. 20. Qvamvis etiam præſenti Conſtitutione injungatur Actori, ut intrà terminum probatorium omnem diligentiam adhibeat, diligenti ſolicitatione Judicis & Commiſſarii, in verbis: **Sondern auch an Jhme mit fleißigen anhalten beym Richter oder Commiſſarien / nichts erwinden laſſen.** Qvæ diligentia pluribus deſcribitur *Ord. Proc. tit. 20.* ut nempè procuret Actor intra hunc terminum teſtes, qvos nominavit, citari, nec non adverſam partem prævià communicatione articulorum probatorialium, illorumqve nominum, nec non documentorum, eorumqve copiarum, transmisſione, eum in finem, ut Reus interrogatoria ſua in termino productionis offerre posſit. Qvamvis, inqvam, nihil omitti debeat ab Actore, qvod ad promovendam probationem facere videtur, negligentia tamen Judicis in citandis & examinandis teſtibus noxia non eſt partium probationibus, cum factum Judicis Parti non faciat præjudicium, *Carpz. ad hanc Conſt. def. 3.*

Not. 20. *Qvamvis Actor omnem diligentiam adhibere debeat, ante terminum probationis elapſum, negligentia tamen Judicis ipſi imputari non debet.*

*Quomodo & quot vicibus prorogatio termini probatorii concedi poſſit à Judice?*

Not. 21. Temperari qvoqve videtur durities hujus Conſtitutionis & Legis Saxonicæ hôc ipſo, qvando Judici interdictum haud eſt ad inſtantiam partis terminum hunc probatorialem differre vel prorogare, etiam unâ vel alterâ vice modo prorogatio ante terminum elapſum petatur. *Carpz. ad hanc Conſtit. def. 15.* Modus tamen hujus prorogationis vel dilationis plenius deſcribitur *in Ord. Proc. tit. 20.* §. Wir laſſen aber. Ubi legislator permittit Judici ſemel vel etiam iteratâ vice ex juſtis cauſis dilationem concedere parti, cui probatio eſt injuncta, Tertiam autem prorogationem non aliter, qvàm cum cauſæ cognitione & ſolennitate legali, & ſolet hæc conceſſa prorogatio Judicis, qvæ antè terminum plenè elapſum impetranda eſt, Actis ut plurimum inſeri & annotari ab Actuario vel Secretario Judicii, in ſupremo Appellationum Judicio formula dilationis conceſſæ à Judice & termini probatorialis prorogati hæc eſſe ſolet; Auff Klägers unterthänigſtes ſuchen und ſuppliciren und umb der von ihm angeführten Urſachen iſt demſelben zu Einbringung ſeines Beweiſſes noch eine gewöhnliche Friſt / wenn dieſe verfloſſen / Krafft dieſes ertheilet worden. Cui decreto dies manu Secretarii annectitur, conceſſæ & impetratæ dilationis per ſolam ut vocant Regiſtraturam. Ipſa verba Ordinationis proceſſus hæc omnia reddunt clariora, qvæ hæc ſunt: Wir laſſen aber auch geſchehen / wenn producent umb Erſtreckung ſolcher Sächſiſcher Friſt anſuchen / und deſſen erhebliche rechtmäßige Urſachen fürwenden würde / daß der Richter nach Befindung / ihme dieſelbige ein / und aus erheblichen Urſachen zum andern mahl / weiter aber nicht / als cum cauſæ cognitio-

*Prorogatio termini probatorii conceſſa à Judice cõſignanda eſt ab Actuario Judicii & Actis inſerenda dies factæ prorogationis. Ord. Proc. tit. 20. de prorogatione termini probatorii.*

den Unterſchied halten/ und mit Fleiß ponderiren, Ob der Zeugen Führer in Beförderung des Beweiſes gebührend und ſchuldigen Fleiß angewendet/ ihme die Zeugen citrà ipſius culpam, ehe das Examen zu Werck geſtellet werden können/ entfallen und es umb dieſelben alſo bewandt/ daß er vermuhtlich mit ſeinen Beweiß periclitiren/ und ſein intent durch die übrigen noch Lebenden nicht erhärten möchte/ und auff ſolchen Fall ſol er auch poſt lapſum termini probatorii, doch antè publicationem atteſtationum, novos teſtes in locum demortuorum zu benennen befugt ſeyn/ ſonſten aber ihm ein ſolches nicht verſtatten werden. Et hæc, qvæ jam dicta ſunt de Jure Saxonico præciſè obſervanda ſunt circà *Productionem Teſtium*, qvibus coronidis loco illud adhuc annectimus *ex Ord. Proc. Tit. 23.* Von denen außländiſchen Zeugen. Qvod ſi producens Teſtes denominaverit extraneos & alii Judici & jurisdictioni ſubjectos, tunc à judice competente ad judicem extraneum literas compaſſus petere debet, cui transmittantur articuli cum nominibus teſtium à qvo peractò examine teſtium illorum depoſitiones incluſæ & obſignatæ Judici, coram qvô cauſa ventilatur, remitti ſolent, & ſi ſentiat Judex producentem protrahendæ litis cauſa extraneos teſtes nominare, tunc illi ipſi à Judice vel certum tempus determinari vel juramentum malitiæ imponi ſolet, qvæ omnia pluribus explicantur *in ord. Proc. Tit. 23.* Cujus verba hæc ſunt: Wann Zeugen angegeben werden/ die einem andern Gerichts Zwanck unterworffen/ ſoll Zeugen Führer umb Compaſſ Brieffe anſuchen/ dieſelben auch ihme hierauff mitgetheilet/ die Beweiſungs Artikul ſambt der Zeugen Nahmen und frey Stücken

eingeſchloſſen / dem Richter / darunter die Zeugen geſeſſen / überſchickt / und nach Verhörung derſelben / ihre Außſage verſchloſſen wiederumb eingebracht / dabey aber auch alle Umbſtände wohl erwogen / und darauff mit Fleis Achtung gegeben werden / daß man nicht etwa Außländiſche weitentſeſſene Zeugen / nur zu Verſchleiff der Sachen angebe / da auch ſolches vermerckt / mag man wohl nach Gelegenheit den Producenten / ehe und zuvor ihm die Combaß Brieffe ertheilt / das Juramentum malitiæ aufferlegen / und zu Einbringung ſolches Gezeugnis eine gewiſſe Zeit beſtimmen.

*De Juramento teſtium.*

Not. 33. Alterum, qvod circa probationem, qvæ fit per *teſtes*, obſervandum, illud eſt, qvòd teſtes *juramento debeant corporali aſtringi* ad veritatem dicendam, in praxi enim & obſervantiâ fori pro regula generali habetur, qvod *teſti injurato non ſit fides habenda* L. 9. L. Teſt. C. de Teſtib. Can. ſi Teſtes 4. Qv. 3. Ant. Faber def. 8. in pr. C. de Teſtib. & qvidem hoc juramentum à teſte producto præſtandum in præſentia utriusqve partis litigantis, niſi fortè pars adverſa legitimè citata ad videndum jurari, contumaciter emanſerit, tunc nihilominus ad jurandum procedere ſolet Judex, qvod etiam *Jure Civili, & Canonico* obtinet. *L. ſi qvando. C. de Teſtib. Cap. in nomine Domini X. de Teſtib.* De Jure Saxonico hâc de re non dubitatur ob expreſſa verba *Ordin. Proc. Tit. 20.* §. Wann uns in verbis: Ob aber der jenige / wieder welchen die Zeugen Verhör vorgenommen / auff beſchehene Vorladung ungehorſamlich außbleiben würde / mögen die Zeugen nichts deſto weniger angenommen / vereydet und abgehöret werden. Citrà hunc caſum præſtatio juramenti non

non valet abſentibus partibus, *Ruland. de Commiſſar. lib. 2. c. 12. n. 7. & Jure Canon.* Si pars impedita fuit & teſtis tamen juravit & depoſuit, illius teſtimonium non valet. *cap. in nom. X. de Teſt. Ummius ad proc. diſp. 16. th. 9. n. 62.* Porrò Juramentum ab ipsô teſte eſt præſtandum, nec poteſt hoc Judex vel ipſe teſtis alteri delegare, ſit etiam juramenti præſtatio in præſentiâ Judicis, cujus eſt teſtem præviâ admonitione ſuper perjuriô ad juramenti præſtationem admittere, qvod ſcil. *Falſidicus obnoxius ſit Deo, qvem contemnit, Judici, qvem decipit, innocenti parti, qvam lædit. cap. 1. de crimine falſi Can. qvisqvis 11. q. 3.* Et qvamvis in juramentis ſuppletoriis vel purgatoriis in forô ſæpius contingat, ut hæc admonitio de vitandô perjuriô fiat ab ipsô Sacerdote, præſertim, ſi ille, cui juramentum â judice injunctum eſt, vel ſuppletorium, vel purgatorium ſuſpectus ſit aliqvô modô de perjurio, qvem in finem in Collegiis Juridicis, vel ipsâ ſententiâ Judicis ita pronuntiari ſolet: Würde Beklagter Eydlichen erhalten und ſchweren/ ꝛc. zu welchem Ende eine oder mehr Geiſtliche zugebrauchen / welche ihn vor der ſchweren Straffe des Meineyds ernſtlich zu vermahnen / Circà juramentum teſtium tamen non memini, unqvam hanc ſolennitatem adhibitam fuiſſe, ſed ejusmodi admonitio de perjurio vitando Judici non ſolum Eccleſiaſtico, ſed & ſeculari ratione officii competere videtur. Illud tamen inſolitum non eſt, ut ſi qvis *Teſtes* produxerit *Subditos*, v. c. Si Nobilis ruſticum & Subditum teſtem nominet, ut illi à ſubjectionis juramento liberentur, Daß ſie ihrer Pflicht / womit ſie der Obrigkeit verwand / erlaſſen werden / anteqvam ad Juramentum teſtium vel examen & depoſitionem ad-

*Juramentum ab ipsô teſte eſt præſtandum.*

*Subditi producti Juramento ſubjectionis liberandi ſunt.*

mittantur, qvod qvamvis improbetur ab Ummio d. l. uſu tamen fori receptum eſt in Judiciis Saxonicis. Ipſa autem formula juramenti, qvod præſtari ſolet à teſte productô, talis eſſe ſolet, Ich ſchwere zu Gott dem Allmächtigen einen Leiblichen Eyd / daß ich in denen Sachen und auff die BeweißArticul und Frageſtücken / darüber ich werde gefraget werden / die reine lautere Wahrheit ſagen / und daſſelbe weder aus Freundſchafft noch Feindſchafft / noch ſonſten umb Gunſt / Geſchenck und Gabe oder ſonſt anderer Urſachen halben laſſen will / ſo wahr mir Gott helffe / durch JEſum Chriſtum unſern HErrn.

*Formula juramenti teſtium.*

Ad formam juramenti ſpectat, ut ſi maſculi ſint teſtes, erectis jurent digitis prioribus manus dextræ, ſi fœminæ tactu priorum digitorum ſiniſtri lateris. Neqve vero ſolum in Judiciô Ordinario, ſed & ſummariô teſtes jurare debent, niſi utraqve pars teſtibus juramentum remiſit, & in Jure Canonico Juramentum teſtis ſubſtantialis ſolennitas teſtimonii dicitur, *Setſerus de Juram. c. 9. n. 7.* Unde Canoniſtæ ſtatuunt, qvod etiam Ipſi Pontifici aut Imperatori injuratis non credatur. *Men. arbitr. Jud. Qv. 26. n. 5. Ruland. de Commiſſ. II. n. 3.* Qvin imò teſtis jurare debet in ſecunda inſtantiâ productus, qvamvis in primâ inſtantiâ ſemel juravit, *Capitulo Fratern. Cap. prætereà X. de Teſtibus cogendis. Ruland. de commiſſ. lib. 1. c. 10. n. 6.* Qvod tamen puto ſaltem obtinere, ſi aliæ Circumſtantiæ occurrant, vel alia momenta cauſæ in ſecundâ inſtantiâ qvàm fuerunt in primâ. Illud certum eſt, qvod nec conſvetudine, nec ſtatuto introduci poſſit, ut teſti injurato fides ſit habenda, cum jure divino & naturali hæc regu-

*Juramenti neceſſitas in teſtimonio ferendo.*

regula ſit fundata, contrà qvod conſvetudo non ſubſiſtit. Et cum generaliter verum ſit, qvod teſti injurato plena fides non ſit habenda ab hujus juramenti præſtatione nemo ratione ſtatus vel dignitatis liberatur, nec intereſt, num *nobilis* ſit, vel *plebejus*, qvi in teſtimonium vocatur, num *Clericus* vel *Laicus*. Qvamvis enim ejuſmodi perſonæ nobiles vel illuſtres ab hoc juramento teſtium ſe liberare velint, per æqvipollentem aliqvam promiſſionem fide dignam: Bey Fürſtlichen / Gräfflichen / Adelichen Ehren / Treuen und Glauben / Ejuſmodi tamen devotio verum juramentum non eſt, nec plenam vim probandi habet, qvin imò jure Canonico *cap. nuper de Teſtib. neqve ipſe Epiſcopus immunis* eſt à præſtatione Juramenti, qvo communiter & omni Jure omnes, qvi in teſtimonium vocantur, conſtringi ſolent. Et ita dubium non eſt, qvòd illuſtribus & Nobilibus perſonis, item Eccleſiaſticis regulariter fides habenda non ſit, niſi juratis, hinc fit, ut Clerici etiam in cauſis Laicorum mediante juramento ad teſtificandum compelli poſſint, nec ſufficit, ſi ſub fide Sacerdotali teſtimonium ferre velint: Bey Ihrem Prieſterlichen Gewiſſen; uti hanc ſententiam in Eccleſiâ qvoqve orthodoxâ partim Theologi, partim Juris-Conſulti defendunt: Imprimis *Virgilius Pingiter, qv. 35. Matth. Coler. part. 1. dec. 211. & part. 2. dec. 241. Setſerus de Juramentis lib. 1. c. 1. n. 11.* Qvæ ſententia corroboratur jure qvoqve Canonico *Capit. nuper nobis 51. x. de Teſtib. Capit. Et ſi Chriſtus 26. x. de Jurejur. Can. 3. cauſ. 22. q. 1.* Cui ſententiæ fruſtrà opponitur textus in *avth.* C. de *Epiſc. & Cler.* in verbis: Sacerdotales dicant ea, qvæ noverint, non tamen jurent, cum hic textus à *Carpz. part. 1. Conſt. 16. def.*

*Jur amentum teſtis per aqvipollens ſuppleri non poteſt.*

*Neqve dignitas neqve nobilitas neqve ordo Eccleſiaſticus liberat à juramenti præſtatione in teſtimonio ferendo.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46265-p0048-7

*def. 69.* ita explicetur, qvod ſecundum qvid de privilegio Epiſcoporum, non autem ſimpliciter in obſervantiam ſit deductus. In Judiciis Saxonicis extrà Controverſiam eſt, qvod etiam Clericis & perſonis Eccleſiaſticis plena fides non habeatur, niſi jurato teſtimonium ferant, coram Judice tamen Eccleſiaſtico in Conſiſtoriis. Benè tamen hic monent Doctores, Theologi, & Jurisconſulti, pariter, qvod ad partes Examinatoris ſpectet, litigantes admonere & perſvadere, ne ejuſmodi perſonæ Eccleſiaſticæ ſolenni & corporali juramento obligentur, ſed ut utriusqve partis bona pace ipſis juramentum teſtium conſvetum remittatur, qvo ipsô, teſte Ummio, Judex vel Commiſſarius odium & invidiam harum perſonarum effugere poteſt, & *Minſingerus* hîc rectè addit, hôc caſu ſufficere utriusqve partis litigantis conſenſum, Judicis autem non eſſe neceſſarium. Et remisſio qvidem Juramenti, qvæ à Partibus fit, locum qvidem habet in causâ civili, non tamen facilè admittitur in causâ criminali. Sunt tamen Doctores, qvi ſtatuunt, qvod ad Judicis poteſtatem pertineat, teſtes juramentô aſtringere qvamvis illis à partibus ſit remiſſum in qvâ opinione eſt *Setſerus de Jurament. c. 9. n. 39.* Qvod tamen non facilè in judiciis hodiè fieri ſolet, cum hæc res jura partium concernat. Illud extra controverſiam videtur eſſe, qvod ejuſmodi juramentum in teſtimonio ferendo, in propria perſona ſit præſtandum, ita ut hâc in re procurator non admittatur, qvamvis ſpeciale mandatum habens, qvod *Ummius Diſp. 16. n. 62.* Extendit qvoqve adhunc caſum, ſi teſtis *ſurdaſter ſit*, aut *manus non habeat*, qvod juramentum ab ejuſmodi perſonis præſtari debeat, non per alios, cum ad eſſentiam teſtimonii jurati non per-

*Juramentum à teſte in propria perſona præſtandum eſt, qvamvis ſurdaſter ſit, vel manus non habens.*

pertineat, ut fiat erectis digitis, cum ejuſmodi devotio & externa nota, internâ qvâdam animi devotione ſuppleri poſſit, v. c. Flexu genuum, cœli intuitu; Et tantum de juramento à teſte productô præſtandô.

Not. 34. *Teſtium productionem* legitimè factam & *juramenti præſtationem* comitari ſolet ipſum *teſtium examen & depoſitio teſtium ad interrogatoria*, vel *generalia*, vel *ſpecialia*, Ipſosqve articulos *probatoriales* vel *reprobatoriales*. Hoc examen teſtium, **oder Eydliche Abhörung der Zeugen** communiter qvidem competit Judici competenti & Ordinario, cum tamen ille ut plurimum aliis negotiis ordinariis ſit occupatus, liberum ei eſt, num ejuſmodi examen teſtium alteri delegare velit, & committere, qvi inde dicitur *Commiſſarius*. De qvâ re non dubitatur, qvin illud commodè fieri poſſit, cum illud jam pro qvotidiano & indubitato uſu fori receptum ſit, præſertim in causâ civili, qvæ Commisſio Generalis neqve juri adverſari videtur communi, præſertim ſi cauſa ſit civilis; Non etenim rarò contingit, ut teſtes producti in territorio qvidem ſint Judicis, ſed qvi tamen ob morbum, ſenium, aut aliam vitæ conditionem aut qvalitatem ipſimet in judicio comparere non poſſunt, vel ſi teſtes in alia degant provincia. Hiſce caſibus bene Judici delegato & Commiſſario examen teſtium committi poteſt. Qvod ſecus ſe habet in cauſa Criminali, in qvâ ipſi Judici competenti, non delegato examen teſtium committendum eſt. Accedit, qvod Ordinarius multitudine negotiorum occupatus ſe commisſione vel delegatione factâ ſublevare posſit in cauſis nempe Civilibus. Neqve infreqvens eſt, ut Illuſtris Perſona coram Commiſſariis domi ferat teſti-

*Not. 34. De examine teſtium.*

*Qvomodo & qvando à Judice ordinario examen teſtium Judici delegato vel commiſſario committi posſit?*

ſtimonium. Ad Examinatoris officium porrò ſpectat imprimis, ut Teſtes productos de perjurio vitando ſeriò admoneat, uti anteà jam dictum eſt, & qvamvis omnibus teſtibus juramentum ſimul prælegere poſſit, ejusqve præſtationem ab omnibus exigere conſvetis ſolennitatibus, diſtinctio tamen perſonarum facienda eſt, ne nobiles perſonæ cum Ruſticis conjungantur, ſed hoc caſu ſingulis perſonis ſeorſim juramentum deferendum eſt. Depoſitio autem teſtium omnino ſeparatim & ſeorſim fieri debet. Et qvod qvidem à *Commiſſariis* examinari teſtes poſſint in foro Saxonico expreſsè probatur. Ord. Proc. *tit. 20.* §. **Nach dem aber zu Verhörung der Zeugen gemeiniglich Commiſſarien verordnet werden.** Ad examen qvoqve teſtium illud porro pertinet, qvod remotis partibus ſigillatim & in ſecreto examinandi ſint teſtes, ita qvidem, ut non ſolum remotis partibus, ſed etiam conteſtibus examinandi ſint, cujus examinis obſervantia ſtylo fori & ſententia Juris civilis & æqvitatis fundata eſt. Non minus ad partes examinatoris ſpectat, ut teſtes non de aliis rebus, qvam qvæ ad cauſam faciunt & qvæ vel interrogatoriis vel articulis continentur, interroget; neqve examini teſtium vel Actuarius vel Notarius Judicii intereſſe prohibetur, ſed magis jubetur, cujus eſt dicta teſtium accuratâ fide & diligentiâ ſingulis articulis & interrogatoriis annectere. Et qvod qvidem teſtes non inſimul, ſed ſeparatim examinandi ſint, jure Civili pariter & Canonico obtinet, *Capit. Vener. de Teſtib. L. 14.* C. *de Teſtib.* unde rectè à Doctoribus improbatur modus examinandi teſtes in globo vel per turbam. *Ant. Fab. def. 3. n. 4.* C. *de* T*eſtib.* Arbitrio tamen Judicis vel Commiſſarii relinqvitur, numne

*Officium examinatoris in examinandis teſtibus.*

ne initium examinis facere velit ab iis teſtibus, qvi ſunt ex locis remotioribus. Ordo examinis in eo potiſſimum conſiſtit, ut (1.) interrogentur Teſtes, ſuper interrogatoriis oblatis, partim ſuper ipſâ teſtium perſonâ, partim ipſis meritis cauſæ generalia enim interrogatoria ſpecialibus articulis unà cum ſpecialibus præferenda qvæ ipſi Judici, non parti offerenda ſunt. Unô tamen actu moribus noſtrorum judiciorum teſtis deponere debet tam ad interrogatoria generalia ſpecialia, qvam ad ipſos articulos probatoriales, & qvidem verbis claris directis veram depoſitionis cauſam non ex credulitate aut auditu, vel aliunde deſumtam, ſed ultrò ab ipſo teſte proferendam continentibus, uti etiam omnis depoſitio Teſtium per verba affirmativa vel negativa concipienda eſt, qvæ ſententia & rationibus & legibus & auctoritatibus Doctorum plenius exponitur ab *Ummio diſp. 16. th. 11.* De illo dubitare non licet, qvod facta depoſitione teſtium ſingula verba accuratè & præcisè annotanda ſint, qvid teſtis tam ſuper interrogatoriis, qvam articulis depoſuerit, cum hæc ad officium jurati Actuarii & Notarii ſpectent, nec non Legalitatem ipſius Examinatoris, ita tamen ut teſti deponenti illa prælegantur, qvæ depoſuit, & ita teſtis de ſilentio admonitus ſervando iterum dimittatur.

*Ordo examinis teſtium.*

Not. 35. *Qvartum*, qvod circà probationem, qvæ fit per teſtes, obſervandum venit, verſatur circà *qvalitatem & habilitatem* teſtium. Produci enim debent ad *teſtimonium ferendum* in judicio ejuſmodi *Perſonæ* qvæ vel *naturâ*, vel *lege* teſtimonium ferre non prohibentur. *Ummius Diſp. 16. ad Proc.* has Perſonas dividit in illas qvæ (1.) *in totum* (2.) *qvæ contrà certas perſonas.* (3.) *Qvæ pro a-*

Not. 35. *De qvalitate & habilitate teſtium.*

*liis.* (4.) *Qvæ in certis ſaltem cauſis.* (5.) *Qvæ invitè ad teſtimonium compelli non poſſunt, vel teſtimonium ferre probibentur. In totum:* Ipſâ ſvadente *Natura* ad teſtimonium ferendum inidonei ſunt, *furioſus*, & *mente captus*, niſi fortè hic dilucida habeat intervalla, *mutus*, præſertim ſi inſimul *ſurdus* ſit, qvi planè à teſtimonio excluditur, & qvamvis nonnulli, ut *Ruland. de Commiſſ.* & *Farinacius* admittant mutum tantum, Ummii tamen ſententia prævalere videtur, qvod non ſit admittendus, facilius fortè poteſt *ſurdus* tantum, ſi *literas noverit*, & de iis interrogetur, qvæ in *oculos incurrunt*, & veritas aliter haberi non poteſt; Hiſce qvoqve Doctores nonnulli annumerant *cæcum*, Maſcardus tamen, *Farinac.* & *Ruland.* admittunt ad teſtimonium ferendum de iis, qvæ audivit, aut qvæ antè acceptam cæcitatem cognovit, ipsâ Lege prohibente repelluntur à teſtimoniô ferendô *infantes pupilli L. 3. §. Leges de Teſtib.* & ſi fortè admittantur á Judice eorum teſtimonium nullum habet effectum, nullam fidem, qvod non ſolum verum eſt in civilibus, ſed maximè criminalibus cauſis, unde impuberis teſtimonium indicium ad torturam non facit; Nonnulli admittunt qvidem pubertati proximum, qvod tamen Ummio non probatur, admittunt tamen nonnulli pupillum poſt pubertatem de iis, qvæ antè pubertatem vidit, non tamen, qvæ in infantiâ, in qvibus cautè tamen procedendum eſt, *L. 10. de qvæſt. L. qvisqvis. C. ad Leg. Jul. Majeſt.* admittitur pupillus in crimine læſæ Majeſtatis teſtimonium ferre. Referunt huc etiam prodigum, cui â Magiſtratu bonis interdictum eſt, ſi maximè moribus talis ſit. *L. 27. ff. de Minoribus.* De *infami* dubium non eſt, qvin in totum repellatur à teſtimonio

*Recenſentur perſonæ, qvæ vel naturâ vel Lege in totum à teſtimonio ferendo repelluntur.*

nio

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46265-p0053-5

nio Jure Canonico, maximè ſi laboret infamiâ Juris; Jure enim illo pro dignitate habetur teſtimonium ferre, *Can. præcept. 33. qv. 5. Infamibus autem Portæ dignitatum non patent L. 1. C. de Dignit.* Jure tamen civili ex infamibus certæ ſaltem perſonæ prohibentur teſtimonium ferre e.g. *Publici criminis Rei, publico judicio damnati, perjurii, qvi in viculis & cuſtodiâ continentur, publicè qvæſtum facientes, lenocinium exercentes, pecuniâ corrupti ad teſtimonium dicendum, ob carmen famoſum damnati. Qvi infamiâ facti laborant in civilibus admittuntur* à nonnullis Doctoribus, non autem in cauſis criminalibus, & qvi alii ſunt qvi jure Canonico vel Civili pro infamibus habentur, qvibus meritò annumerantur *Uſurarii*, qvi ipsò Jure pro infamibus habentur, qvod Ummius concedit de Jure Canonico non verò de Jure civili, qvò claſſi infamium uſurarii nullibi leguntur inſerti.

Not. 36. Contrà *certas perſonas* ad teſtimonium ferendum non admittuntur *liberi contrà parentes. L. Parentes. C. de teſtib.* niſi veritas aliter haberi non poſſit, *inimicus contrà inimicum L. 3. ff. de teſtib.* Nec opus eſt, ut capitalis ſemper ſit, ſed ſufficit inimicitiam ex gravi qvadam cauſâ eſſe ortam. Sic porrò *Judæus prohibetur teſtimonium ferre contra Chriſtianum, Uxor contra Maritum* & vice verſâ qvod tamen intelligendum eſt de invitis, aliud ſi velint teſtimonium ferre. Jure qvoqve civili *Tutor adverſus pupillum*, durante nempè tutelâ. Qvamvis illa qvoqve finitâ invitus compelli non poſſit. Similiter *Advocatus* non admittitur ad teſtimonium ferendum in cauſâ *Clientis*, cujus patrocinium in ſe ſuſcepit.

Not. 36. *Qvinam contrà certas perſonas teſtimonium ferre non poſſint nec debeant.*

Not. 37. *Qvinam pro aliis ferre teſtimonium prohibeantur.*

Not. 37. Pro aliis teſtimonium ferre prohibentur *domeſticus pro patre familias L. 24. ff. de Teſtib. L. 2. C. de Teſtibus L. 1. ff. de Qvæſt. Tutor pro pupillo*, cum pupilli cauſa videatur eſſe aliqvo modô Tutoris, pro *Creditore Debitor Proceſſionario cedens*, *Pro Socio ſocius*, *amicus pro amico*, *Colonus*, *Inqvilinus*, *Emphytevta*, *pro Domino*, *conſangvineus pro conſangvineo*, *affinis pro affine*, qvi omnes affectionem habere videntur ad cauſam & perſonam producentis.

Not. 38. *Qvinam teſtes in certis cauſis teſtimonium ferre prohibeantur.*

Not. 38. In *certis caſibus* teſtimonium ferre non poſſunt *mulier in teſtamento L. 20. ff. de teſtib. Minor viginti annis in crimine probando L. 20. ff. de Teſtib. Judex aſſeſſor*, *arbiter in cauſa de qvâ cognoſcit*, cum abſurdum ſit, ut qvis in una eademqve cauſa ſimul & judex & teſtis ſit, qvod obtinet, qvam diu Judex in illa cauſa eſt, ita porrò illi, qvi *de univerſitate corpore*, *Collegio*, *Civitate* ſunt, in illorum cauſis teſtimonium ferre poſſunt, qvô caſu tamen Judicis arbitrio res erit committenda, qvid fidei illorum teſtimonio ſit tribuendum, maximè enim ſpectari ſolet, num univerſitatis homines in illâ cauſa teſtimonium ferant, qvæ ſingulorum commodum concernit, qvo caſu tanqvam teſtes in propria cauſa non admittuntur, uti per ſe expediti juris eſt, qvod in propria cauſa nullus ad teſtimonium ferendum admittatur, *L. 10. ff. de teſtib. ubi Pomponius JC.* ita loqvitur: *Nullus idoneus teſtis in re ſuâ intelligitur*, *cum qvâ convenit Lex ejusdem numeri & tenoris 10. C. de teſtib. Omnibus in re propriâ dicendi teſtimonii Facultatem jura ſubmoverunt.*

Not. 39. *Qvænam perſona invitè ad teſtimonium ferendum cogi non poſſint.*

Not. 39. Tandem & ultimò ſunt nonnullæ perſonæ, qvæ *citrà voluntatem* ad teſtimonium dicendum haud

facilè compelli poſſunt, qvorſum *Ummius Diſp. 16. ad proc. refert egregias perſonas, Fratres, Senes, milites & conjunctas perſonas* ob textus & rationes th. 5. & ſubjectis numeris allegatos. Cæterum in judiciis noſtris Saxonicis hæc res ut plurimum committitur arbitrio Judicis, qvi ſi videat, teſtem productum, vel naturâ vel lege à teſtimonio ferendo repelli, neqve ullo modo admitti poſſe, illum ſtatim in limine Judicii rejicere poteſt, ita qvidem, ut nec ad juramentum à teſte præſtandum admitti debeat, qvòd ſi verò dubia ſit cauſa, num teſtis admittendus ſit, nec ne? tunc tutiùs facit Judex, ſi qvidem teſtem admittat, neqve ſtatim in limine Judicii rejiciat, ſed reſervet parti adverſæ exceptiones, contradicta & perſonas teſtium post factam probationem & reprobationem ad ſolennes diſputationes atteſtationum, de qvibus agemus circà Conſtitutionem 18.

Not. 40. Uti autem *qvalitas & habilitas teſtium*, ita qvoqve *qvintò Valor & effectus teſtimonii*, arbitrio Judicis committitur, qvi in concipiendâ ſententiâ ex dictis teſtium colliget & concludet, num aliqvid probatum ſit nec ne, vel reprobatum? Et cùm Jure divino pariter ac humanô unius teſtimonium plenam probationem non inducat, uti eleganter hâc de re ſentit *Imperator Conſtantinus in L. 9. de teſtib. Ubi §. 1. hæc* habentur verba: *Simili modo Sanximus, ut unius teſtimonium nemo Judicum in qvâcunqve causâ facilè patiatur admitti: Et nunc manifeſtè ſancimus, ut unius omninò teſtis reſponſio non audiatur, etiam ſi præclaræ curiæ honore præfulgeat.* Ideoqve ut per teſtes probatio plenè fiat, ad minimum duo reqviruntur, cum vox *unius* ſit vox *nullius*, & unius teſtimonium nec *juſtificat, nec damnat, Can. 33. Admonere. q. 2.* Qvod Interpretes Juris Canoni-

Not. 40. *De valore & effectu teſtimonii à teſtibus prolati.*

*Num unius teſtis teſtimonium adhibendum ſit, vel prorſus non admittendū? Qvibus caſibus duorum teſtium teſtimonium ſufficiens ſit?*

nonici adeò extendunt, ut nec principi ſoli teſtimonium ferenti credendum eſſe ſtatuant, qvamvis negari non poſſit, qvod unius teſtimonium juratum certis caſibus ſemiplenam faciat probationem, qvod *Ummius* qvidem admodum in dubium vocat, de qvo tamen in praxi hodiê non dubitatur, non obſtante *L. 9. C. de Teſtib. Ubi dicitur unius teſtimonium planè admittendum non eſſe*, cum illa verba cum effectu ſint intelligenda & *legaliter*, i. e. Qvod unius teſtimonium non admitti debeat tanqvam ſufficiens ad probandum.

*Duorum teſtium numerus ſufficit, ubi Lege plures non deſiderantur vel ſtatutô.*

Qvamvis etiam caſus in jure dentur nonnulli, qvibus plures etiam, qvam duo teſtes reqviruntur, uti in Teſtamento de Jure Romano ſeptem adhibendi ſunt, attamen regulariter in omni causâ probanda ad minimum duo teſtes ſufficiunt, tàm de Jure divinô, qvàm humano, niſi Lege, ſtatutô, vel conſvetudine, major numerus reqviratur *L. 12. ff. de Teſtib.* Uti hæc habentur verba: *Ubi numerus teſtium non adjicitur, etiam duo ſufficient. Pluralis enim eloçutio, duorum numero contenta eſt.* Et ſicuti duo ad minimum ad rem probandam reqviruntur teſtes, omni exceptione majores & Jurati, ita tamen ille, cui probatio injuncta eſt vel Producens præciſè ad numerum duorum aſtrictus non eſt, ſed prout cauſæ neceſſitas poſtulat, tot producere poteſt, qvot ad cauſam probantem videbuntur eſſe neceſſarii ubi tamen moderatio examinatoris & Judicis non excluditur, ſed ad illius officium ſpectat, ut illum ſolùm numerum teſtium evocari patiatur, qvi ad rem probandam videtur eſſe neceſſarius, & nimia licentia producendorum teſtium ad ſufficientem numerum coarctanda eſt, ne effrenatâ poteſtate ad vexandos homines ſupe rflua mul-

*Numerus teſtium citrà neceſſitatem multiplicandus non eſt, ſed officio etiam Judicis coarctandus.*

multitudo teſtium protrahatur. Verba ſunt *JCti Arcadii in L. 1. §. 2. ff. de Teſtib.* Qvod ſi ergò plures adhibeantur & producantur teſtes, vel reproducantur, tunc iterum ad arbitrium Judicis ſpectat, qvantum fidei tribuere velit teſtimoniis & depoſitionibus teſtium, Elegans hâc de re eſt *Textus in L. 21. §. 3. ff. de teſtib. Ubi Arcadius JC ita ſentit: Si teſtes omnes ejusdem honeſtatis & exiſtimationis ſint, & negotii qvalitas, ac judicis motus cum his concurrit, ſeqvenda ſunt omnia teſtimonia: Si verò ex his qvidam eorum aliud dixerit, licet impari numerò: credendum eſt, ſed qvod naturæ negotii convenit, & qvod inimicitiæ, aut gratiæ ſuſpicione caret. confirmabitqve Judex motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis, & qvæ rei aptiora, & verò proximiora eſſe compererit. Non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem & teſtimonia, qvibus potius lux veritatis adſiſtit.* Hàc Lege perſpicuè ſatis probatur non partium & litigantium, ſed ipſius Judicis arbitrio committendum, qvantum fidei Depoſitionibus factis teſtium ſit tribuendum, qvæ res certè magni judicii & momenti eſt, qvæ legalitatem & conſcientiam judicis cordati deſiderat optimam, unde ejusmodi proceſſus ordinarii probationem & reprobationem partium, prolixosqve rotulos atteſtatorum continentes plerumqve judicio collegii alicujus Juridici committi ſolent, nec illa res facilè committitur uni ſaltem Judici, cum oculi plus videant, qvàm oculus, qvem in finem etiam Supr. Appellat. judicium curiæ Provinciales Electorales & alia majora judicia & Collegia Juridica, in qvibus ejusmodi proceſſus ſatis prolixi ventilari & decidi ſolent ſuis conſtant Præſidibus & Aſſeſſoribus. Notanda tamen hic nonnulla veniunt, qvod

*Arbitrium Judicis circà conformes vel difformes teſtium depoſitiones.*

*Jurata teſtium depoſitio*

*Judicialis majorem vim probandi habet, qvàm teſtimonium aliqvod in ſcriptis extra judicialiter à teſte datum.*

(1) de jure civili etiam diſtinctio facienda ſit inter *teſtimonium*, qvod à teſte inſcriptis datur, & illud teſtimonium, qvod à teſte in judicio præviâ factâ juratâ depoſitione, datum & prolatum eſt, illud à teſte abſente & extra judicialiter in ſcriptis dari poteſt, & ut plurimum injuratum eſt; Ein Schrifftliches atteſtat und Zeugniß. Qvod tamen interdum juramento melioris probationis causâ confirmari ſolet & debet, hoc tamen, qvod à teſte ſolenni modò in judiciô producto, prævio juramento ad certos articulos, vel interrogatoria prolatum eſt, majoris videtur eſſe momenti & Ponderis. Spectant hic verba *L. 3. §. 3. ff. de Teſtib. Ubi Calliſtratus JC.* hanc fovet ſententiam: *Idem Divus Hadrianus Junio Rufino Pro Conſuli Macedoniæ reſcripſit, teſtibus ſe non teſtimonio crediturum; Verba Epiſtolæ ad hanc partem pertinentia hæc ſunt: Qvod crimina objecerit apud me Alexander Apro. & qvia non probabat, nec teſtes producebat, ſed teſtimoniis uti volebat, qvibus apud me locus non eſt, nam ipſos interrogare ſoleo: qvem remiſi ad Provinciæ Præſidem, ut is de fide teſtium qværeret*, cui textui addi poteſt §. 4. *Gabinio qvoqve Maximo idem Princeps in hæc verba reſcripſit. Alia eſt auctoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, qvæ recitari ſolent. tecum ergo delibera, ut ſi retinere eos velis, des eis impendia.* & niſi impleſſet qvo intenderat, relegaretur. *(2)* Illud adhuc notandum eſt, qvod ad Examinatoris, judicis delegati, vel Commiſſarii munus qvidem pertinere videatur. *Teſtium dignitatem, fidem, mores, gravitatem examinare. L. 2. ff. de Teſtib.* Eosqve qvi adverſus fidem ſuam teſtationis vacillant, non audire, nec non ſecundum *L. 3. ibid. Teſtium fidem diligenter examinare & in perſona eorum explorare conditionem*

*Judex delegatus & Commiſſarius in*

*cujus-*

*cujusqve, utrum qvis Decurio, an plebejus ſit, an honeſtæ & inculpatæ vitæ, an verò notatus & reprehenſibilis, an locuples vel egens ſit, an lucri cauſâ qvid facilè admittat, vel inimicus ſit ei adverſus qvem teſtimonium fert, vel amicus ei, pro qvo teſtimonium dat; Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, à qvâ fertur, qvod honeſta ſit, vel propter cauſam, qvod neqve lucri neqve gratiæ, neqve inimicitiæ cauſâ ſit, admittendus eſt.* Qvamvis etiam Examinator ipſe ſecundum *L. 3. §. 1. ff. de Teſtib.* magis ſcire poſſit, *qvanta fides ſit habenda teſtibus, qvi & cujus Dignitatis & cujus exiſtimationis ſint, & qvi ſimpliciter viſi ſint dicere, utrum unum eundemqve ſermonem meditatum attulerint, an ad ea, qvæ interrogati ſunt, & ita procul dubio melius ſit, ſi idem qvoqve* examinator & Judex ſit, qvi ſuper totâ cauſâ & qvæſtione in meritis qvid probatum ſit vel ne, judicium ferre poſſit, attamen cum delegatus Judex & Commiſſarius limites egredi non poſſit ſuos, neqve alium in finem datus ſit, qvam ut teſtes productos examinet, teſtiumqve depoſitiones Juratas ad interrogatoria & articulos manu Notarii jurati conſignatas Rotulo inſertas & obſignatas Judici competenti transmittat, tota deciſio cauſæ, Judici ordinario & competenti meritò relinqvenda eſt, qvi in cauſis civilibus vel ipſemet ſententiam fert in meritis In der Haupt-Sache / vel cauſam Collegio Juridico decidendam transmittit. In criminalibus paulò aliter ſeſe res habet, in qvibus Ipſe Judex Examinator eſt teſtium, ſententiam autem Criminalem petit ex ſcabinatu aut collegiô aliqvô Juridicô. Et hæc etiam pro ratione inſtituti dicta ſint de valore & effectu teſtimonii in probatione,

*qvalitatem qvidem teſtiũ inqvirere, illos qve examinare poteſt, in meritis autem cauſæ ei pronuntiare non licet.*

*Effectus depoſitionis teſtiũ in eo conſiſtit ut ſi Actor probaverit per teſtes intentionem. Reus condemnetur ſecundum petita libelli, ſi non probaverit, Reus abſolvatur.*

tione, qvæ fit per teſtes in qvâ ſi actor probaverit teſtibus productis intentionem ſuam, Reus condemnatur ſecundum petita hàc formulâ pronuntiandi: Daß Kläger das jenige / was ihm zu beweiſen obgelegen / und er ſich angemaſſet zur Nohtdurfft erwieſen / derowegen Beklagter libellirter maſſen &c. Qvod ſi verò Actor per teſtes productos nihil prorſus probaverit, vel teſtium probatio per Reprobationem Rei eliſa ſit, Reus abſolvitur hàc pronuntiandi formulâ; Daß Kläger das jenige / was Ihm zu beweiſen obgelegen / und er ſich angemaſſet nicht erwieſen / derowegen Beklagter von der angeſtellten Klage nicht unbillich zu entbinden. Secus eſt, ſi ſemiplenè ſaltem probaverit Actor, tunc judicis arbitrio relinqvitur, num Actori *ſuppletorium*, an Reo *purgatorium* injungere velit juramentum, de qvibus juramentis alibi dicetur, nec non circà materiam de ſemiplenâ probatione & præſumptione.

Not. 41. *De Exceptionis contradicta & perſonas teſtium remiſſivè,*

Not. 41. De Sexto membrô anteà propoſito nempe Exceptionibus, contradicta & perſonas teſtium plura dicemus, circà Explicationem *Conſtitutionis 18*. Von Geſetzen und Producten, ſo nach der Publication der Beweiſung und Gegenbeweiſung einbringen. Ordo nunc poſtulat, ut miſsâ hâc probationis ſpecie, qvæ fit per teſtes progrediamur ad illam, qvæ fit per inſtrumenta, de qvâ plenius agemus circà Explicationem *Conſtitutionis ſeqventis 17*. Et qvidem DISPUTATIONE V. ubi occaſio dabitur de reliqvis etiam Probationum ſpeciebus, nec non Semiplenâ Probatione, item, Præſumtionibus & aliis, qvæ ad Probationis materiam ſpectant, materiis pluribus diſſerendi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46265-p0062-5

DIS … CA

# Con … nes

# E …

# DIV … TI,

inprimis ad … I. XVII.

*Indult … inis*

IN ACAD … GENSI,

WERN … DORO

MA … .

In Audit … 1683.

JOHAN … URM,

Typis … egr.